

P V I S

1 6 1 8

- |  |  |
|--|--|
| <p>Leonardi Rittershusii Paraphrasis Psalmi XC nuptiis dicitur.</p> <p>II. Berzmani paraphrasis Psalmi 121. 91. 125. 124.</p> <p>III. Berzmani paraphrasis Psalmorum 22. 16. 09.</p> <p>IV. Berzmani paraphrasis Psalmi 08.</p> <p>I. Berzmani Epipemphion Psalmorum 91. 97.</p> <p>VI. Berzmani Psalmi 104. 0. 19.</p> <p>VII. Poletani Paraphrasis Prometei Iona.</p> <p>VIII. Mundorpii paraphrasis Iona.</p> <p>IX. M. Iacobi Gregorii Iona.</p> <p>X. Joannis Fabri de Nativitate Christi.</p> <p>XI. M. Theodori de Nativitate Christi.</p> <p>XII. Waltzeri Oda de Redemptionis Opere.</p> <p>XIII. Oritii de Peccatis Christi ad Inferos.</p> <p>XIV. Pomauii Heptas simulane Resurrectionis.</p> <p>XV. Stentorii ubi impudentissimis.</p> <p>XVI. Trautmanni instructio p vero Lutherano.</p> <p>XVII. Bratorii Epistola Germaniae ad Electores.</p> <p>XVIII. Moiti ex Auma ad Christianum Pr. Abbat.</p> <p>XIX. De reb. gestis Johannis Ernesti Pr. Abbat.</p> <p>XX. Henna ab Eichen ad Maunicium Pr. Episc.</p> <p>XXI. Abrahami Cremeri ad Electore Brand.</p> <p>XXII. M. Imbingeri Statulatio in Natalem Rudolphi Principis Anhaltini.</p> <p>XXIII. Moiti in Nuptias Rudolphi Pr. Pr.</p> <p>XXIV. Berzmani Ecloga Rudolphus.</p> <p>XXV. Bromii Nuptiis raris Rudolphi Pr.</p> <p>XXVI. Wrsini et M. Jeno Nuptiis eiusdem.</p> <p>XXVII. Parentalia Augusto Electori a D. Maiore Sabita.</p> | <p>XXVIII. Esthælii Johanni Ernesto Pr. Pr. Anhaltino v Alberto Voito dicitur.</p> <p>XXIX. Fentzeii in obitum Eiusdem Principis.</p> <p>XXX. Angeli ad Barone de W. Pr. Pr.</p> <p>XXXI. Memoria Damolii Diepholdii.</p> <p>XXXII. Abrahami Cremeri de promotione ad Pr. Pr.</p> <p>XXXIII. Propemptica Fyfelio et Cremeri dicitur.</p> <p>XXXIV. M. Victori, cum renunciaretq Rector.</p> <p>XXXV. Oda Sapphica in Doctores Honoratus Fyfelii &amp;.</p> <p>XXXVI. In Magisterii Honore Joh. Cr. Pr. Pr.</p> <p>XXXVII. Merzmanni in honorem Magisterii Coppenii XX juvenum.</p> <p>XXXVIII. M. Krotii in Magisterium Haberlandi.</p> <p>XXXIX. In Magisterium Coppenii</p> <p>XL. Bethmanni Herdesiani.</p> <p>XLI. Christiani Vopleri.</p> <p>XLII. Abrahami Theopoldii.</p> <p>XLIII. M. Coppenii Gratiam. Pr. Pr. Pr.</p> <p>XLIV. De dignitate Consulari Trevesi.</p> <p>XLV. De dignitate Notariatus Gelami.</p> <p>XLVI. Apocryphorum Politicorum Regula.</p> <p>XLVII. Nuptiis Petri a Jena.</p> <p>XLVIII. M. Pucneri.</p> <p>XLIX. M. Richardi.</p> <p>L. Wolfgangi Hanen.</p> |
|--|--|

Ec. 11

LVII.  
*IN HONOREM*  
*Conjugii*

65  
65  
*ORNATISSIMI,*  
*DOCTISSIMIQUE IUVENIS,* DN. DANIELIS, LL.  
Candidati, integerrimi, prudentissimique viri, Dn. Iohannis Alberti, majoris Alschleebii Prætoris, F. Sponsi:

ET

*PVDICISSIMAE, MODESTISSIMÆQUE VIRGINIS* MARGARITAE, HONESTISSIMI ac prudentissimi viri, Dn. Iohannis Zellij, civis quondam Servestani primarii, piæ memoriæ, relictæ Filiae, Sponsæ.

Carmina faustæ felicisque appreciationis ergò nuncupata à præceptoribus & amicis, quorum suum cuiusque versibus nomen est adscriptum.

SERVESTAE,  
Excudebat Iohannes Schleer, Anno 1608.

6

1781

IN HONORE

Georgii

ORATIONE

DE

REVERENDISSIMO

FRANCISCO

DE

FRANCISCO

FRANCISCO

ET

FRANCISCO

FRANCISCO

FRANCISCO

FRANCISCO

FRANCISCO

FRANCISCO

FRANCISCO

FRANCISCO

FRANCISCO

FRANCISCO

FRANCISCO

FRANCISCO

FRANCISCO

FRANCISCO

FRANCISCO

FRANCISCO





# VOTVM

Ἐνιάσιον καὶ γαμικόν.

**H**Æctria felices possunt nova reddere, Chri-  
Si datur his uti numine propitio. (Sti  
Anni forma novi, novus est torus, hujus  
adaucti

Inter complexus est nova progenies.

En veteri vertente, novi redit arbiter anni

Sol, venit in thalamos en nova nupta tuos,

Sponse! nova ut soboles succrescens blanda precetur

Complures annos jugiter, oro, novos.

O Iesu, casti thalami qui fautor est author,

Sis presens Sponsis propitiusque novis.

M. Caspar Viricus.

DANIELO ALBERTO ET MARGARITÆ

Zellæ νεογάμοις lectissimis S. D.



Mnia amicorum pariter, pariterque deorum,

Dixisse fertur Socrates communia.

Sic ego Bethsabees modulatum carmen alumno,

Ac Lesbiz à me redditum lyrae modis,

A.

Munus

Munus amicorum tedis commune dicavi,  
Quo vota Sponsis hætenus feci novis:  
Nec semel illa quidem, faciamque subinde rogatus,  
Suspensa postquam barbitos filet seni.  
Quo thalamum, DANIELE, tuum quoque dono, tuarq;  
Nunc MARGARITÆ, quæ viro nubit tibi,  
Virginitatis honos, intacti fama pudoris.  
Non Iaspis illo, non Smaragdus munere,  
Non potiora piis fuerint hoc flumina Croesi,  
Quo conjuges Rex Israël munerat.  
Crede mihi, nec vana fides: hoc munere quisquis  
Est dives, ullam haud sentiet penuriam.

## PSALMVVS CXXIIX. VT

existimatur, Salomonis, commendans omnibus hominibus,  
& imprimis conjugibus, timorem Dei, & manuum laborem,  
utrumque ad vitæ beatitudinem summopere necessarium.



*Ter beatum, quem timor intimo  
Tangit Iehova pectore, nec sacra  
A lege divorsum in salebras  
De viis insinuavit error!*

*O te beatum, quisquis es aut eris!  
Nam sorte quamvis paupere sis, tui,  
Illo favente, te laboris*

*Fenus alet. Facilem ille abunde  
Victum refundens, ut bene sit tibi,  
Cornuq; pleno copia suppetat:  
Rumoreq; ut vortant secundo,  
Cuncta operum tibi prosperabit.*

Ceu

Ceu vitis arctans palmite conjuges 30

Vlmos maritat; ceu viridi domum

Incingit amplexu stolonum:

Sicutuate sobolis feraci

Stipabit uxor germine liberum,

Mensam ambientum; ter mite ut suam,

Non mentiente spes coloni,

Arborem oliua onerans renodat.

Hac sunt, Iehovam qui timet, hac vito 4.

Promissa vita commoda, qua manent,

Eventibus rerum invidendis,

Corde Deum ingenuo colentem.

Arcis, Iehova, è sede Sionia 5.

Lauto honorum te cumulo obruet,

Vibemq; qua sedem locasti,

Commoditate beabit omni.

Florente pacis quò Solyma ubere 6.

Atq; Israelis incolumi statu,

Natosq; natorumq; tecum

Progeniem aspicias beatam.

Gregorius Berfmanus.

A 3 AKPO.

# ΑΚΡΟΣΤΙΧΙΣ

Ἐπιθύλει γαμικῶν κατῆχον.



Vm semper, DANIEL, studiis addictus honestis,  
A udieris mecum Præcepta exponere IVRIS;  
N unc animus verò socialis vincula lecti  
I n verâ Ihovæ fert cognitione subire.  
E rgo tibi tædæ cœnubia prospera grator,  
L ongos ut durent, opto, feliciter annos;  
A ugeat optatos DEVS hos socialis amores  
L ecti, qui primus sinceri est autor amoris,  
B ina jugo tali semper dum corpora nequit,  
E t det, quod te probas DANIEL, ut MARGARIS illud  
R eprober: & faveat cœptis Concordia vestris,  
T urtareusque favor conjungat pectus utrumque,  
V ester amore torus flagret dum sydera fulgent.  
S intque procul lites, Discordia, iurgia, rixæ:  
S ic geminum corpus paulatim crescet in unum,  
P ulchrior & proles veniet de sanguine pulchro,  
O mnes, quod restat, partas agnoscite dotes,  
N ato proque illis Genitoris pectore grates  
S olvite, cum thalami que ad gaudia vestra vocate,  
V t bonitate suâ vos adjuvet, augeat, ornet  
S ecula post mundi faciat plantaria cœli.

Iohannis Coppenii Servestani.

## ALIVD.



Es gata vinculum jugale, res sacra,  
Et sanctus ordo est à Iehova conditus,  
A quo fluunt cœu fonte sæcundo bona,

Qui



Qui cum creasset hujus orbis machinam  
Bonis repletam plurimis, tunc corpora  
Tori jugalis copulâ junxit duo,  
Non dissecanda quàm supremâ frigida  
Horâ necis, sic ut genus mortalium  
In castitate tempore omni viveret.  
Huic ergò qui sacro resistunt ordini,  
Et ferre curas denegant quamvis graves  
Vita jugalis, qua medela cœlitus  
Ostensa nobis est, & interim tamen  
Verito igne caci ac improbi Cupidinis  
Ardent, nihilq; castra perversa nisi  
Veneris sequentes jura castimonia  
Violant, merentur & simul pœnas graves.

His ergò cœptis gratulor, DANIEL, tuis,  
Qui conjugem tibi fidelem jungere  
In animo habes, qua dura thalami pondera  
Tecum ferat, molestias ac leniat.  
Præbebit hac sociam se in omnibus tibi,  
Curabit atq; rem domumq; sedulo,  
Si latus eris & illa quoq; latabitur.  
Vt vota, fas est, Sponse dilectissime,  
Feram, movetur namq; votis Rex poli,  
Sali, soli, quem ardentibus votis precor,  
Vt vinculum jugale rebus omnibus

Secundet,

*Secundet, atq; prosperet multis bonis,  
Pellatq; vana iurgia à vestro toro,  
Positis ut vitam quietam ducere,  
Benedicat ab Sionis arce maximus  
Vobis Deus, videatis ut carissimos  
Et liberos & liberorum liberos.*

Moris, amoris, & honoris ergo scribebam  
Iohannes Faber, Roslebiensis  
Anhaltinus.

## ΔΙΑΛΟΓΟΣ

*Ritum nuptialem exhibens.*

*Viator & Autor.*



Stes quid hoc dicam? quòd tantus clamor ad auras  
Consurgit? dulces resonant citharæq; lyrae q;  
Ecquid conveniunt læti juvenesq; lenesq;  
Ecquid concurrunt pueri innuptæque puellæ?  
Ut ducant Sponsum ad sacri penetralia templi?

Ast hominem, tardæ gressu Testudinis instar,

Ante oculos cerno, memoret forsitan mihi causas.

Dic juvenis, coràm, quo nomine dièta sit, urbem

Quam video? resonant cur & sub turribus æra

Tinnula? quid strepitus sibi vult clangorq; tubarum?

Tibia multiplices cur fundit ad æthora voces?

**AVT.** Cuncta equidem referam tibi, quæ mihi nota, Viator,

Nostris (vera canam) dictis modò credulus esto.

Urbem quam lustras oculis **SERVESTA** vocatur,

Quod

Quod traxit dubio nomen de nomine SEHRVEST,  
Aut Sorabum proprio retulit de nomine nomen,  
Innumeræ hinc cultæq; domus, facunda virorum  
Ingenia, antiqui mores, hinc copia rerum,  
Hinc Zythum coquitur generosum, Nectaris instar,  
Hinc felix ferme urbs toti notissima mundo.  
Hinc propriam sedem jam gaudet habere RVDOLPHVS,  
Ascanius Themidos cultor, metuensq; IEMOVÆ,  
Adde hanc sincerâ quoq; religione teneri, &  
Sacris (vera loquor) de fontibus Israël  
Manentes rivos, laticesq; haurire salutis.  
Hæc alit eximio præstantes corpore nymphas,  
Quæ formâ superent Venerem, Cressamq; Ariadnem  
Vultibus, ingenio, cultu, verbis & amore:  
Sunt illis oculi tales, quibus ignea cedant  
Sidera, flaventes crines, & eburnea cervix.  
Oraq; nativo vincant quæ clara pudore  
Puniceos flores, auroræ ignemq; rubentem.  
VIAT. Hoc audire sat est juvenis, dic amplius unde  
Sit fremitus nec non plausus clangorq; tubarum?  
AVT. Hæc quoq; mox addam, gressum modò siste Viator,  
Nec te poeniteat dictis advertere nostris  
Aures, forsan & hæc olim meminisse juvabit:  
Propterea inceptum pergam pertexere dictis.  
Hinc Sponsus DANIEL volvens, sub pectore lata,  
ALBERTVS, juvenis viridi vernante juventa,  
Qui Clarii claras fontis sudavit ad vndas,  
Quem sacra Pallas amat, docuit quem blandus Apollo,  
Quem vitæ integritas multum commendat honestæ,  
Conscendit templum, charis comitatus amicis,  
Huic bini proceres solito de more jugales  
Addunt se socios, sequitur studiosa juventus,  
Turbaq; præterea multorum immensa virorum.

B

Hunc

301

Hunc mox ad templum comitatu Sponsa decoro,  
Cui nomen Gemmae de nomine MARGARIS ortum est,  
Insequitur, læto declarans gaudia vultu,  
Ac veluti Nymphas superat collotenus omnes,  
Ipsa Diana, choros sylvis si exercet amœnis:  
Sic Sponsa ornatu & formâ supereminet omnes.  
Occiput aurato pictum velamen acantho  
Ambit, porro etiam frontem diademaq; honorat.  
In templum postquam ventum (res optima visu)  
Constitit ante Deum, Christi loquiturq; minister  
Connubii edicit leges servandaq; iura:  
Alternam spondere fidem, spondere salutem,  
Tutelamq; jubet, dextræ conjungere dextram,  
Iurant; conjugii Sponsæ datur annulus arrha.  
Ast nunc consueto cultu precibusq; peractis,  
Digreditur Sponsa innuptis comitata puellis,  
Quas Sponsus sequitur, nec non pia turba virorum,  
Conveniunt positis iussi discumbere mensis,  
Dant famuli manibus lymphas, Cereremq; canistris  
Expedunt; tenerisq; ferunt mantilia villis.  
Pars epulis onerant mensas, pars pocula ponunt,  
Inq; cavas pateras spumantia vina refundunt.  
Ante diem clauso componat vesper Olympo,  
Omnia quam longo numerare hæc ordine possem,  
Fit strepitus, lætam vocemq; per ampla volutant  
Limina, nunc Baccho dulcissima pocula levantur.  
Optati thalami sic sic celebrantur honores.  
**VIAT.** Quas ego nunc memori solvam tibi pectore grates,  
O juvenis? siquidem votis precibusq; favendo  
Nostris, cuncta mihi, volui quæ, ritè dedisti:  
Certè nemo fuit te nunc mihi gratior unquam,  
Te sine nemo quidem; Pallas licet ipsa fuisset  
Aut Venus, aut alius, quisquam de gente Deorum,

Hoc

Hoc maiore meam donasset munere mentem,  
Quam tuteipse, mihi venerande o semper amice.  
Ast mihi cum extemplo peragenda negotia restant,  
Et fessus cursu, ut cernis, frigusq; per unguis  
Labitur; invituste dulcis amice relinquo.  
AVT. Si placet, oro, mane mecum sub sede placenti,  
Sunt nobis tepidi nitidissima fulcra cubilis,  
His recuba, teq; aspectu ne subtrahe nostro.  
Vndiq; namq; via est densatis aspera dumis,  
Et lapidosa nimis, varijs & strata periclis:  
Præterea noctis iam muta silentia lucem  
Ex nostris rapiunt oculis, Phoebeque quadrigis  
Invehitur, suadentque cadentia sidera somnum.  
VIAT. Haud moror in terris vestris iam suavis amice  
Longius, hora nimis brevis & breve tempus eundi est.  
Ast juvenis subito cum instructis ipse propinques  
Ædibus innumero luxu, quibus alma iugalis  
Gaudia ducuntur lecti, mox dicito nuptis:  
Hæc optat vobis notus de pectore amicus;  
Eveniant tibi Sponse dies anni que triseclis  
Nestoris, & Sponsæ Cumanae virginis ætas;  
Sit socialis amor vobis: discordia, lites  
Tartarei Ditis fugiant, imæque cavernas  
Terræ possideant, vos fata secunda gubernent.  
Vivite tranquillæ placidissima gaudia vitæ,  
Si Deus ipse finit (quia ab illo cuncta reguntur)  
Vivite longævum per secla sequentia tempus,  
Vivite concordēs, ceu vivit turtur amicâ  
Cum sociâ suavis, Bellona tumultibus absit.  
Adficat una fides, constantia, & una voluntas.  
Quod Sponsus cupit, hoc optet quoque femina: namque  
Res confirmat amor parvas, discordia demens  
Res perdit magnas, hæc firmat at illa refellit.

B 3

Sponsa

Sponsa amet eximium pietatis laude maritum,  
Et quacunq; potest consortis parte salutem  
Quærere, non parcat duros tolerare labores.  
Sponsus consortem fidus non deserat unquam,  
Debita sit dulci compar in amore voluntas.  
Innumerâ faciat Sponsum pia prole parentem  
Conjux: & largis fortuna serena quadrigis  
Affluat ambobus, sint & tot gaudia vobis,  
Lilia quot flui producunt tempora Veris,  
Germina quot profert maturis solibus æstas,  
Autumnusq; botros, & hyems hirsuta pruinas,  
Post socialis amor, thalamo qui nectit amantes,  
Non dissolvatur gelidæ nisi tempore mortis.  
AVT. En ubi monitis parens, tua jussi libenter  
Exequar, ac in me mora non erit ulla, VALETO.

*Honoris ergo scriptus à Iohanne  
Splithutio Hoimensi Anhaltino.*

---

A L I V D.

**V** Rosa cœlesti surgens ab rore per hortos,  
Spinis horrenti caudice testâ licet:  
Multis est pueris, multis est grata puellis,  
Dum viget atq; novo lata rubore nitet:  
Hæc eadem, Phœbo vivum minuente colorem,  
Dum cadit, & putri spirat odore gravis;  
Nulli jam juveni, nulli jam grata puella est,  
Et, non attingi pollice digna, jacet.

*Sic*

*Sic quæ innupta manet virgo, quæ ancilla domiq;  
Maternis semper cogitur esse focus:  
Et se vult thalamo nunquam sociare jugali,  
Dum vitet & succi, cæurosa, plena, nitet:  
Hæc, ubi flaccescunt sibi membra decora juventa,  
Lustraq; jam fuerint multiplicata, sedet.  
Illius & nullus minimo vel flagrat amore,  
Floridus aut juvenis, decrepitusvè senex.  
Quare age, dum vobis ridet flos integer Hebes,  
Dumque licet vestris utier usque bonis:  
Jungere MARGARIDAE, DANIEL AL-  
BERTE, pudicæ:  
MARGARIS ALBERTO jungere lata tuo,  
Namq; ulmo vitis sicut viduata marito,  
Extentis uvis non bene surgit humo.  
Sic nisi lege sacrâ juveni sociata puella,  
Non potis est sobolem connumerare suam.  
Ast quos legitimi sociârunt fœdera lecti,  
Isacida his proles seminis instar erit.  
Quod quò contingat vobis, & longa nepotum  
Vos maneat series, pectore & ore precor.*

Honoris ergo F.

Daniel V Valtorpius junior

Serveſt.

B ;

ALIVD.

**H**actenus exequias & tristia carmina sub-  
 116  
 Lugubri & fletu cecinit sibi quisq; suisq;  
 Quos rapuit fatum, quos funere merfit acerbo  
 Atra dies, turbata quies, sublata voluptas:  
 Dicere jam bona verba juvat, linguisq; favere,  
 Dum tibi prater ita Daniel suavissime vita  
 Latior exurgit vivendi & pulchrior ordo.  
 Hinc Heliconiades tantarum in munere laudum  
 Ingeminant plausum Musae, facilisq; Minerva  
 Sponte sua Sponso mittit sua munera, versus.  
 Dicite Pierides mea munera, dicite Musae  
 Insignem formam Sponsam, qua solus amantes  
 Tantum alios superat, quantum Sol sidera, quantum  
 Claruit ante alias Romana potentia gentes:  
 Nonne vides vultum? & rosei decus oris honestum?  
 Quo primis sollers sacras Aganippidos undas  
 Ingenio genioq; valens gustavit ab annis.  
 Dicite Pierides mea munera, dicite Musae  
**MARGARIN** insigni candore fideq; potentem,  
 Qualis qua conchis, fama mihi teste, marinis  
 Margaris extrahitur candore polita, valore  
 Insigni constans, summo laetore probata.

Toxica



Toxica ut hac pellit, malefanaq; tela veneni  
Ut fugat, utq; hominem servatq; & subleuat, utq;  
Sape laborantem sic decernente Iehova  
Liberat, ut post sit mens sana in corpore sano;  
Sic tua te DANIEL suavissime MARGARIS  
Auxilio suffulta Dei solabitur, atq; (almi  
Corda salutaris medicamine muniet, ut sic  
Prole torus, candore domusq;, & amore beetur.  
Claudite Pierides finemq; imponite Musæ,  
Sufficit exili tunc haec cecinisse Camæna.

Christianus Moldenhauerus  
Bernburgensis.

F I N I S.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



*Id 4212.  
8.*

**ULB Halle** 3  
002 391 589




*So*

*Me*  
*vom*








B.I.G.

Farbkarte #13



EM

IMI,  
I V V E.  
I S, L L.  
entissimi-  
berti,  
æ-

, MO-  
VIRGI  
HON E.  
Iohannis  
lani pri-  
ictæ

recationis  
toribus  
cuius-  
t ad-

no 1608.

65  
85

